



XXI.

1738 19a 92
24

LEONARDVS LUDOVICVS MENCKEN

I. V. D

DE

MVTO, SVRDO

ET

MVTO SIMVL SVRDO
IVRANTE

DISSERIT

ATQVE ILLOS, QVI STVDIORVM CAVSA
IN HAC ACADEMIA VERSANTVR
AD

LECTIONES SVAS

PROPEDIEM INCHOANDAS

HUMANISSIME INVITAT

VITEMBERGAE

APVD EPHRAIM GOTTLB EICHSFELDIVM
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

Hoc iurisiusandi circulum non habuisse Quirites, ut
dico nihil credimus esse ceterorum, CICERO b) mad, q.

A.

a) Parochiale de Inframortuorum. B.

b) Cicero de Officiis Lib. 3 cap. 12.

LEONARDAS LADOVICAS MENCKEN

F A D

D E

MATOSARDO

E T

MATOSIMAF SARDO

IARANTE

DISSEKET

ALDE LITZ GAI STADIORUM CASA
IN HOC AGEDHEMIA ARRIBANTIA

A D

LECTIONES SAS

HOPPDIEM INCHODANDAS

MANERIUM INAILAT

ALTEMBERGAE

VEAD EPHRAIM GOTTFLOE EICHSTETDIAW

ACADEMIE LYPOGRAPHI



Q. D. B. V.



emo certe erit, qui nesciat, melius de nobis actum, si inter simplicem nostram loquaciam et iuramentum nullum esset discriminus. Vnusquisque enim qui iurat, ita iurare praesumitur, ut, quod uerum est, eloquatur. Inde quia in iuramenti, ut exulet perfidia, necesse est, utique et hoc conueniret, ut in verbis sermonebusque nostris omne simul abesset mendacium: Vtrumque enim, perjurium inquam atque mendacium, iniuria sit, et poena iudicij diuini damnatur. *C. 12. XXII. Qu. 5.* Enimvero quamvis in bonum uirum non cadat mentiri et fallere, reliquaque quae ipsum non decent, inficiandum tamen non est, hominum perfidiam, ex horum malitia subortam, iuramenta fecisse necessaria. Illa certe in causa est, ut homines circumspecte agant, nihilque existiment firmum, nisi quod Numinis diuini testimonio fuerit obsignatum. *Cap. 26. X. de Iureiurando. a)*

Hoc iurisurandi uinculum tanti habuisse Quirites, ut illo nihil arctius esse crediderint, *CICERO b)* tradit, qui,

A 2

nul-

a) Burcholdt de Iuramentis c. I. n. 8.

b) Cicero de Officiis Lib. 3. cap. 31.

nullum, inquit, vinculum ad adstringendam fidem iureiuvando maiores arcuus esse voluerunt. Id indicant Leges in XII. Tabb. indicant sacrificiae, indicant foedera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides: indicant notiones animaduersionesque censorum; qui nulla de re diligentius quam de Iureiuvando iudicabant. Enimvero, cum quendam iurasse non sufficiat, sed etiam, ut illud, de quo iuravit, sancte conseruet, pietas exigat atque necessitas, curabant Quirites, ne quis fidem per iusiusrandum datam desereret ac uiolaret. Iure igitur his verbis in quem **SALLVSTIVS** a) ut te neque hominum negue Deorum pudet, quos periurio et perfidia uiolasti: inclamirabat. Amplissimo quoque testimonio sunt, quae **CICERO** b) et **GELLIVS** c) referunt: Misera enim Annibal Carthaginem Imperator ex captiuis decem Roman captiuos permutandi ergo.³⁹ Hos uero, antequam proficiscerentur, adstrinxerat iureiuvando, ut si Romani captiuos permutare nollent, in castra redirent Ponica. At cum illis permutatio displicuisse, captiuorum quidam profecti sunt ad Annibalem, ceteris Romae remansis, qui, cum castra hostium fuissent egressi, paullo post commentitio consilio regresfi, redditu in castra iureiuvando se esse liberatos existimauerant. Horum autem factum, quo fregerant fidem Annibali datam, ipsi Quirites turpe iudicarunt, et illos omnium notarum et damnis et ignominii affecerunt.

Quod autem hanc iurisiuriandi religionem, quam praetor postea editio confirmauit suo, primis temporibus introduxit consuetudo, colligo ex *L. i. de Iureiur.* uerbis: ibi: Maximum remedium expediendarum litium in usum uenit, iurisiuriandi religio, qua, uel ex pactione ipsorum litigatorum, uel ex auctoritate iudicis deciduntur controveneriae. Inde cum perfidia ex malitia, ut dixi, subnata, introductioni iuramen-

a) Sallustius Histor. I.

b) Cicero de Officiis Lib. 3. cap. 32. ^{(a) Disceptatio de iuris iurandi et iuris iurandi causa.}

c) Gellius Noct. Attic. Lib. 7. cap. 18. ^{(b) Cicero de Officiis Lib. 3. cap. 32. ^{(c) Cicero de Officiis Lib. 3. cap. 32.}}

mentorum dederit causam; usus eorum omnino reipublicae est salutaris et necessarius. Hoc enim uinculo mortalium constringimus uitias, eosque ad fidem fortius obligamus; ut saltim religionis cultus et Numinis divini metus hos a perfidia dericeat, quos fides data et iustitiae honestas non commoueret. Refero huc illa, quae de Numa Pompilio, Quiritiū Regē, LIVIVS a) persequitur, quod hic primus hac pietate pectora Romanorum imbuierit, ut fides ac iusserendum, propulsō legum ac poenarum metu, ciuitatem regerent. Quibus certe et hoc adiiciendū esse arbitror, quod CAESAR b) scribit: Erat Edic̄tum Pompeii nomine Amphi poli propositum, ut omnes eius provinciae iuniores et Graeci ciuesque Romani iurandi causa conuenirent: Verum in decendendis litibus et componendis controvērsiis huius remedium usus nec minus insignis est. L.i. de Innei. Difficulter enim homo homini credit: quod efficit, ut quisque mortaliū, alia probatione deficiente, ad iuramenta, quasi in subsidium, configiat, ac ueritatem, quae alio erui nequit modo, ad Deum rerum omnium consciūm, referat, ut saltim hoc iudice nondum satis perspicua explicentur et detergantur. L.i. L.30. Eod. Imō modeste illum, qui iuramentum defert, agere, QVINTILIANVS c) existimat, cum aduersariū litis iudicem faciat, et eum, cuius cognitio est, onere liberet, qui profecto alieno iure iurando stari quam suo malit. Reuocatigitur iuramentum consilia humana, cum incerta sunt, ad constantiam, siue de rebus siue de uerbis agatur: partim quidem eorum, quae gesta sunt, ueritatem commonstrans, partim etiam futurorum fidem atque constantiam firmans. Fā de causa certe nemo, cum hominum res ita sint comparatae, criminis cuiusdam arguet illum, qui iuramenta defert, et qui delata praeſtat, modo, ut lex iubet, de rebus honestis et lici-

A 3 *lilacina* tis

- a) Linius
b) Caesar de Bello Civili Lib. 3. Cap. 102.
c) Quintilianus Institut. Orator. Lib. 5. cap. 6.

tis in ueritate iuretur cum iudicio atque iustitia. C. 26. X. de
Iureiur.

Exigit autem iusiurandum tam uoluntatem in iurante,
quam iurandi facultatem. Inde ex instituto nunc obseruari
oportet, quid de muto, surdo, et illo, qui mutus et surdus
simil est, in legibus sit constitutum; utrum hi iurare pro-
hibeantur, nec ne. Hoc quidem dubiis ac ambiguitatibus
non uacat, dabo tamen operam, ut, quantum pro ingenii ui-
ribus potero, rem multis immixtam difficultatibus, intelle-
ctu faciliorem reddam. Cardo totius controvuersiae rediteo,
num ore uerba proferre essentiam ingrediatur iuramento-
rum. Quod si haec lis, cuius nunc faciam periculum, fue-
rit bene sopia, facile poterit expediri negotium illud, quod
in praesenti suscepi.

Ad uinculum conscientiae quod attinet, uerborum elo-
cationem sollem in iuramentis necessariam non nomino.
Sacramenta enim paclis annumeranda esse, CYNVS PISTO-
RIENSIS a) censur arg. L. 2. de Iureiur. Ex quo intelli-
gitur, illa aequa ut pacta consensu perfici, et uerba in iura-
mentis non necessitatis ergo, sed ut mentis significatio mani-
festetur, adhiberi, cum consensus et mentis testimonium er-
it, alio, quam uoce uiua declarari et fieri possit modo, ut
recte COVARRVVIAS b) TIRAQVELLVS c) et PVFFEN-
DORFFIVS d) sentit. Et profecto literae signaque, ut uer-
ba, mentis produnt conceptus, neque dissimiles producunt
effectus. L. 6. de Reb. Cred. L. 9. de Hered. Instit. L. 38. de
Verb. Oblig. C. 23. X de Sponsal. Praesertim cum iuramenta
sint invocationes Numinis diuini, ut hoc nostri asserti index

a) Cynus Pistoriensis in Authent. Sacra menta Puberum C. si aduer-
tendit.

b) Couarrvias Part 1. in Rubric. de Paclis n. 5.

c) Tiraquetus de Legibus Conubialibus et Iure maritali Glossa VII. in
verb. exprez n. 16. 18.

d) Puffendorffius de Iure Naturae et Gentium Lib. IV. c. 16.

fit, perfidiaeque uindex. *Deuter. c. 10. v. 20.* Quae Dei ter optimi maximi imploratio sane per uerba externa non absolvitur, sed mentis, quam Deus cognoscit et perscrutatur, oratione perficitur. *C. 13. XXII. Qu. 5. C. ii. Distinct. 32.* Imo uero, si tacitae contestationes non sufficerent, sed, ut uerba uiva exprimerentur uoce, requireretur, certe forent frustraneae illae beneficiorum renunciationes iuramenti formula munitae, quae in instrumentis deprehenduntur nec profundunt ore, uti bene **STRYCKIUS** a) animaduerit. Huc refero facinoras pro extraneis intercedentes, quae, siue uerbis siue in scriptis ab exceptione sibi competente Senatus Consulti Velleiani se iure iurando abdicauerint, ex sua renunciatione tenentur. b) *Aubent. Sacra menta Puberum C. si aduers. uenit. L. 3. C. Si min. se mai. dixer. C. 2. de Paet. 6.* Haec cum ita sint, apparet, uerborum elocutionem solem nem minime esse de iuramentorum substantia. Voco in testimoniū *L. 3. C. Si min. se mai. dix.* cuius uerba ita concepta sunt: *Si in instrumento per Sacra menta religionem, maiorem te esse assuefasti, non ignorare debes exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficium: nisi palam et evidenter ex Instrumentorum probatione, non per testium depositiones, refuisse minorem offendaris.* *Huiusmodi autem Sacramento corporaliter praestito, nullum tibi superesse auxilium, perspicui iuris est.* Prolixe in hanc legem inquisuit **WESEM BECIUS** c) qui, illaaliisque argumentis commotus, etiam per scripturam iuramenta interponi posse censuit, quod fere etiam **BRVNNEMANNO** d) placuit.

Essent igitur illa, quae docui, sufficienti arguento, ut mutum iurare non impediari, nec lege prohiberi, licet colligere, uerum cum alia adhuc adsint, quae melioris probationis causa

a) *Stryckius de Iure Sensuum Dissert. IV. cap. IV. n. 26.*

b) *Stryckius Cautel Contract. Sect. 2. Cap. 6. n. 12.*

c) *Wezembechius Volum. 2. Consil. 52. n. 18.*

d) *Bruunemannus in Codicem in l. 3. C. Si min. se mai. dix.*

causa adieciſſe iuuat, de his non ſilebo. Multum hic efficit, quod in aprico eſt, non arceri mutum a testimonio, arg. L. 19. C. de Testam. et quemadmi. teſtam. ordin. modo, ut negotii na- tura expoſcit, intellectu non careat, et nutu ſignis que certis ac indubitate mentem exprimere queat ſuam. Pluribus hanc rem pertractauit FARINACIUS a) et ad ea, quae aduer- ſantur, accurate respondit, formamque, quae in examine mu- ti et ſordi per ſignal et mutum deponentis feruari debeat, ſuppeditauit. Enim uero GONSTANTINVS praecipit in L. 9. C. de teſt. ut testes, priusquam testimonium perhibeant, ar- detentur iuris iurandi religione, quod Pontifici C. 17. X. de Teſt. ſimiliter placuit, qua de cauſa STRYKIVS b) testimonium te- his iniurati, licet ſit maxima euctoritatis, infirmum merito ap- pellat. Inde, cum iuramentum ad teſtificandum, quam ma- xime ſit neceſſarium; c) mutus autem hoc dicere lege non prohibeat, prono ex eo deſfluat aliueo, ueritatique conue- nit, ſolennem uerborum elocutionem non eſſe de iuramen- torum substantia.

Ex quorundam opinione proxime ad haec tenus deduc- eta accedit, matrimonium muti. Verba enim ad contrahendum matrimonium neceſſaria eſſe, crediderunt nonnulli GON- ZALEZ TELLEZ d) teste. Et cum nihil oſcius Pontifex C. 23. C. 25. X. de Spons. et Matrim.; mutis matrimonium per- miserit, ita ut in his nutu et ſignis consentientibus uerba lex- fingat, iudicarunt quidam, leges uerborum elocutionem in quibusdam negotiis desiderantes, eam tantum in illis perfo- nis, quas fari natura non impedit, neceſſariam nominare, in his

a) Farinacius de teſtibus Tit. 6. Qu. 61. n. 45. ſeqq.
b) Stryckius de Iure Sensuum Difſert. IV. Cap. IV. n. 24.
c) Conarruius Part. I. in Rubr. de Pachis n. 5. Tiraquelius de Legibus Con- nubialibus et Iure maritali in Glotta VII. in verb. Exprez. n. 19.
d) Gonzalez Tellez Comment. in Lib. Decretal. in cap. 23. X. de Spon- fal. n. 5.

his autem, qui lingua ore proferre nequeant, nisi expresse aliud uelint, non exigere. Idcirco sibi persuadent, mutum a lege exceptum, arg. L. 38. de V. S. iurare non prohiberi. Enimuero cum mutum iurantem non hac ex ratione, quia lex in hoc a regula recedit, potius ex illa, quia in iuramentis uoce uerba exprimere opus non est, defendere constitui, praeterea in hac quaestione, num uerba in contrahendo matrimonio sint necessaria, plurimum inest subtilitas, et tandem GONZALEZ TELLEZ a) et CAIETANVS FELIX b) erudite, quod nec in illis, qui sibi possunt, uerba in hac nuptriarum causa ore proferre necesse sit, docuit et comprobauit, de illo non ero sollicitus, uexatoque hoc argumento non utar.

His positis, nemo profecto erit, qui non uideat, ea que a me allata sunt argumenta sic esse composita, ut, uerborum elocutionem ad iuramentorum substantiam non pertinere, consequatur. Igitur de illo nunc differam, quid ualeant argumenta contraria. Initio obstaculo est Nou. 17. C. 6. ibi: Sed neque haec quae dicuntur uerba, i.e. ius iurandum promte dare festines in amplius tempus: Colligunt inde interpres, c) uerba omni in iuramento quam maxime simplici desiderari, adeo ut hoc sine uerbis lingua figuratis ac uoce prolatis non contrahi, si autem contractum carere effectu, existimat. At, huius Constitutionis uerbis Iustiniani accuratius et severius pensatus, tantum abest, ut in illorum descendam sententiam, quin potius affirmem, Cap. 6. d. Nou. minus conuenienter huic trahi et repugnantibus annumerari. Lectio enim huius Constitutionis diuersa est, et teste IO. FRID. HOMBERGK zu Vach, (d) corrupti illius cir-

a) Gonzalez Tellez d. l. n. 9.

b) Cajetanus Felix Commentar. Iur. Canon. Tit. de Sponsalibus et Matrimonii §. 3. n. 14. pag. 18.

c) Donellus de Iurecurando Cap. 5. n. 1. seqq. V Goeddeus de Contrahenda et committenda stipulatione Proleg. n. 16. seqq.

d) Io. Frid. Hombergk zu Vach in Nouellas Constitutiones Iustiniani Nou. 17. c. 6. n. 24.

cumferuntur codices, in codice autem eius authentico nulla sit iuris iurandi mentio. Imo vero horum uerborum ille est sensus eaque significatio, quam nunc subiiciam. Displi-
cuisse enim Imperatori, ex ipsius Nouellae colligere licet
uerbis, quod facile cuique, causa nondum cognita, fides pu-
blica securitatis diploma concedatur. Inde, ne hoc fiat,
modum, quem in concedendo securitatis priuilegio seruari
uelit, ostendit. Igitur, Iustinianum per uerba ~~τεκμηρίων~~
~~λόγων~~, quae in texu eius Constitutionis authenticō a) repe-
riuntur, fidem intellexisse b) publicam, uerius est.

Nec dubitandi cauillam suppeditat *Cap. 35. X. de Iurei.*
quam Constitutionem Gregorium IX. non ad cuiusdam in-
terrogationem sed proprio motu edidisse GONZALEZ
TELLEZ c) monet. Audiamus d. *C. 35.* uerba, quae ita con-
cepta sunt: *Clericus, qui iurauit se statuta in ecclesia sua edi-*
ta seruaturum, promittens per idem iuramentum, statutum,
quod postmodum subsecutum est, fideliter obseruave. Licet
transgredi non debuerat, quod promisit, non teneret ad illi-
us obseruantiam ex debito praefiti iuramenti. Verum cum
legis uerba scire non sufficiat, sed etiam, ut huius vim ac po-
testatem rationemque haud ignoremus, necesse sit L. 17. de
Leg. crediderunt interpres, ABBATE PANORMITANO d)
teste, idcirco Pontificem, quia per propria uerba iuramen-
tum de statutis post modum factis seruandis Clericus post-
ea non praestit, iudicasse, nec uoluisse, ut, qui per prius iu-
ramentum tantum quid promisit, ui iuramenti teneatur. Hac
ex ratione nonnulli colligunt ac ulterius arguuntur, quod
uiva uoce uerba proferre, secundum Iuris Canonici regulas,
ad iuramentorum substantiam pertineat. Enimvero, num
illud conueniat, admodum dubito. Inde, quid iudicem,

- a) Haloander *Nou. 17. c. 6. p. 52.*
b) Godofredus in d. *Nou. 17. c. 6. lit. Alefatus Lib. 2. Parerg. c. 2. Sefer-*
rus de Iuramentis Lib. 1. Cap. 9. §. 7.
c) Gonzalez Tellez in Libr. *Decretal. c. 35. X. de Iureiur. n. 1.*
d) Abbas Panormitanus in *Decretal. cap. 35. X. de Iureiur. n. 3.*

nunc exponam. Forma Iuramenti consistit in Numinis summi inuocatione, et uerborum, ad quae iurandum est, concepcione. Quod autem pro forma custoditur, uere et in specie non per impro prium actum expediendum est, simplex enim relatio ad iuramentum ante praefitum facta, tanquam actus factus etaequipollens, illud non efficit, ut referens ad hoc, ad quod se retulit, seruandum, ui iuramenti ante praefiti sit obligatus. a) Igitur cum ex his, quae in Cap. 35. X. de Iurei. dicta sunt, non appareat, quod hoc fuerit obseruatum, et quod secundum uerba concepta Clericus se iureirando obstrinxerit, simplex autem eius ad prius iuramentum facta relatio, ut dixi, non sufficiat, omnino liquet, quid Papam commouerit, cur Clericum, ad statuta post modum subsecuta obseruanda, magis ui simplicis promissionis quam ui iuramenti ante praefiti obligarum esse censuerit. Cum itaque decidentem Pontificem non illa induxerit ratio, quam tradiderunt interpres, sed haec, quam monstrauit, nemo erit, qui non cognoscat, argumentum ab his uerbis petitus esse infirmum et minus conueniens, ut ex eo, uerba in Iuramentis ore proferre, sequatur.

Sed obstatculo adhuc est **V L P I A N U S** in L. 33. de Iure iurandi. Ita enim ille: *Qui per salutem suam iurat, licet per DEum iurare uideretur, respectu enim Numinis diuini ita iurat, attamen, si non ita specialiter ius iurandum ei delatum est, iurasse non uideretur: ex ideo ex integro solenniter iurandum est.* Hac in lego scribit Iurisconsultus, quod ille, qui non in ea forma, uerbis illis, eodemque ritu, uti delatum est, iuramentum praefitum, iurasse non uideatur, j. L. 5. s. 4. de Iure iur. Inde cum ex aliis satis appareat, quod uerbis conceptis seu secundum formulas quasdam praescriptras, quarum complures Brissonius b) collegit, iurandum fit, fere, quod uerba iniuramentis ore proferre necessarium

- ^{a)} Tiraquellus de Legibus Connubialibus et Iure maritali Glossa VII. in uerb. exprez n. 118. 183.
^{b)} Brissonius de Formula Lib. 8. p. 712.

sit, liceret coniicere. Evidem sentio argumentum ab his Vlpiani uerbis peritum sane grauissimum esse quod obstet, ut hasitantem in contrariam deducere possit partem, restamen adhuc est salua. Ita ut iudicem, faciunt uerba ista, quibus HILLIGERVS ad DONELLVM a) litis huius conciliandae et perimendae ergo utitur. Haec, quia ad institutum cum primis pertinent, adiicienda putor. Media uia insistendo distinguo inter conceptionem uerborum, quae propria ac de substantia cuiusuis iuramenti: Ac prolationem quae uoce fit ac non necessaria. Quid enim si congenerit, u. cu: ut maioris fidei gratia syngrapham iuratum mibi mitteres, tunc que eam me absente conscriperis, et mibi miseras, nunquid ideo minus religione sacramenti adstringeris? Sic ubi mutus surdus literas callet, si uerba formulae, iurandi animo perlegat, et si lingua proferre nequeat, si et appareat, quod iurato se obstringi uelit, nibilis minus iurabit Deum, nadiorū in testem iuocando, animi mente, ex exercitib; quoque signis, ei cui praeberet ius iurandum testata. Ea, quae ex Hilligero adduxi, certe id effecerunt, ut non Vlpianum modo bene intelligere, sed et his ista, quae adhuc in praemisis praesertim in Cap. 35. X. de Iure iur. dubia occurruunt, illustrare et perspicua reddere queamus. Nullibi leges, nisi me ipsum vehementer decipiam, ut uerba ore proferantur, ad iuramentorum requirunt substantiam. Ad speciale autem delationem ius iurandum praestandum esse, cum proprio ausu et lubitu iurare non licet, in L. 5. s. fin. L. 33. de Iurei. inventimus. Ius iurandum enim speciem continet transactiōnis, maioremque habet auctoritatem quam res iudicata. L. 2. Eod. Ea de causa, ut mutuo tam deferentis quam iuraturi consensu hoc fiat, necesse est. Quo melius autem de horum constet uoluntate, exigunt Legislatores praeter Numinis summi iuocationem certam uerborum conceptionem ex parte deferentis, et iurantis respectu, ut hic delatum in forma ea-

a) Hilligerus ad Donellum Lib. 24. Cap. 13. lit. b.

eadem, iisdem uerbis, eodemque ritu; uti praescriptum erat, praefterit, siue quod idem est, ex eo, quod delatum est, et in uerba concepta iuret, ea sub lege, ut, si hoc iurans neglexerit, et tempore non opportuno uel non ita specialiter uti delatum fuit, iurauerit, iurasse non uideatur. Sic Vlpianum intelligo; Sic eius uerba accipio. Enimuero quamuis cum Hilligero concesserim, certam uerborum conceptionem pertinere ad iuramentorum formam, uix tamen colligere licet, quod uerba concepta ex necessitate, & ui dispositionis legalis a iurante sint proferenda ore. Poterit hic certe consensum suum iurandique uoluntatem alio quoque declarare modo, atque in uerba praescripta iurare, ita tamen, ut hic formulae uerba uel ipse iurandi animo perlegat uel praelegi patiatur, et, quod se iureiurando obstringat, per signa evidentia uel scripturam demonstret. (a)

Hoc uerum esse adeo mihi persuadeo, ut etiam in his, qui fari possunt, uerborum solenem elocutionem in iuramenti non requiri existimem. b) Et quamvis, experientia teste, iusurandum uina uoce ab his, quos loqui natura non impedit, dari animaduertamus, istud tamen melioris probations causa fieri. (c) censeo.

Satis igitur, credo, apparet, mutum iurare lege non prohiberi. Supereft ut instituti usum uideamus. Exigit hoc ipsa necessitas, ne quis negotium me suscepisse inutile arbitretur. Pars quidem aduersa, quae huic, quem uerba ore proferre natura impedit, iuramentum detulit, iusta conquerendi destituitur causa. Proprio certe facto haec dannum sentire, si ex praefito iuramento, quod tamen uix coniici potest, caperet detrimentum, uti SETSERVS d) notat. Verumarduum sane & anceps est illud, quod sequitur; utrum muto semiplene probanti suppletorium, an uero linguae uisu ualenti aduersae parti purgatorium iudex iniungat.

- a) Hilligerus ad Donellum Lib. 24. Cap. 13. lit. b. ipsa inpol. boup
- b) Seterus de Iuramentis Lib. I. Cap. IX. §. 8.
- c) Couarruvias Part. 1. in Rubr. de Pacts n. 6.
- d) Seterus de Iuramentis Lib. I. Cap. 9. n. 8.

re debent. Illum qui fari potest praeserendum esse, SET SE
RVS a) tradidit. Hic quidem causas, cur ita sentiat, non
enarrat, mihi tamen, ut arbitror, nisi me omnia fallant,
hac ex ratione commotus uidetur, quod forsitan hoc iudicis
facto, si muto iuramentum iniungat, difficilius ueri-
tas eruantur, quam si hoc ille, qui uerba eloquitur, praec-
ster. Enim uero contraria sententia mihi uidetur me-
lior. Tantum enim abest, ut opiner, fieri hac iudicis
sententia parti iniuriam. Nam mutum ueritatem dete-
runt, aequo de illo, quam de hoc, qui uerba eloqui-
tur, sperari potest. Inde, cum boni uiri non sit men-
dacio fallere, militabit omnino eadem pro muto de non
peierando praesumto, quam pro se habet ille qui fari non
impeditur. Quis igitur poterit uitio ducere iudici, qui
muto iuramentum defert? Sane nemo. Lites enim ut com-
ponat, officii ratio postulat. In Iuramentis credulitatis i-
dem obtainere, certe iudicare licet; quo melius quid hoc
exemplo uelim, appareat, casum subiiciam. Legimus in
Ordinat. Proceff. Saxon. Recogn. ad Tir. XIX. §. s. confit-
tum, quod, si cuidam fuerit iuramentum delatum, hic au-
tem, antequam iuret, decesserit, delatum pro praesti-
to non habeatur; potius, quod heres defuncti de credu-
litate iurare teneatur, sanctum esse animaduertimus. Ig-
itur heredem mutum esse ponamus, qui utique, ut eruantur
ueritas, secundum ea, que dixi, iurare, et legi, praefstan-
do id quod fieri iubet, satisfacere poterit. Nulla enim ex-
pressa proficit dispositio Saxonica, quae, uerba in Iuramentis
ore proferre, praecepit. Igitur, cum illud, quod iuratu-
rum non est, stare non prohibetur, *L. 27. C. de Testam. et*
quemadmodum testam. ordin. argumentari licet, quod eodem iu-
re etiam apud nos Saxones utamur. Minime ergo effugiet
mutus poenam iurare nolentium, qui iuramentum sibi de-
latum praestare malitiose deflecit; cum uitium naturae,
quod loqui nequeat, praestationi iurisiurandi obstatulo

non
a) Setserus d. l.

non sit, nec quidquam referat, utrum pars illa aduersa, an iudex iuramentum muto deferat, cum dicta sententia idcirco non infirmetur. Neque locus est dubitationi, posse mutum contradicenti parti iuramentum deferre. Certe cum muto ne iuret interdictum non sit, huic nil obest, quod ipsum impedit, cur Iusjurandum, uti vocant, Calumniae, L. 34. §. 4. de Iureiur. Ordin. Proc. Sax. Vet. & Rec. ad Tit. XXXIII. §. 1. dare nequeat, praesertim cum partis aduersae arbitrio relinquatur delatum uel acceptare, uel conscientiam pro ratione circumstantiarum exonerare probationibus, uel deferenti referre. Imo uero mutum hoc iurisiurandi remedio probationis ergo uti posse adeo mihi persuadeo, ut etiam si referendi beneficium deficeret, delationi tamen nihilosecius ex parte muti esset locus. Impedimentum enim relationis certe non efficit, ut illum, qui ipse iurare nequit, a iuramenti delationis beneficio excludamus, modo pars illa aduersa, cui iuramentum iurare prohibitus detulit, calumniae iuramentum deferenti remittat. C. 14. XXII. Qu. 5. Ea ex causa B. Aus. MENCKEN a) aliquae iuramenti delationes infamium & periuorum defendant.

Verum enim uero quia in ueritate iurandum est cum iudicio et iustitia C. 26. X. de Iureiurand. conuenit profecto, ut iuratus bene intelligat iuramenti uim, & rem de qua illud praestandum. Cap. 28. X. d. 1. Inde, ne homines ad iuramentorum praestationes temere accedant, eius naturam & uim ignorantis, optime cautum est, ut de uitando periuorio admonitio praecedat, & iuratus prius quam ad id admittatur, in eo, in quo iuramenti natura consistat periuiriique atrocitas, doceatur. Igitur quamuis, mutum iurare posse, dixerim, caue tamen existimes, quod quemcumque ad eius praestationem admittam. Nam cum

a) Mencken ad Process. Disput. IX. §. 5.

ex TIRAQVELLO a) COVARRVTA b) CYNO PISTO
RIENSE c) satis appareat, mutum iuxta uerba concepta iu-
rare per scripturam aut signa acquisitio, L. 3. C. Si mi-
nor se Maj. dixer. L. 6. de Reb. Cred. L. 9. de hered. insit. certe
consequitur, hunc mutum ab eius praestatione arcendum esse
qui euidentissimis signis animi sensus exprimere iurandique
uoluntatem declarare nescit, uim iuramenti periuiri que atroc-
itatem ignorat, et tandem rem ipsam, de qua illud praestandum
est, cognitam non habet atque perspectam. Inde cum
in muto iuratu complura occurrant, quae plurimum dif-
ficultatis habere uideantur, omnino necesse est, ut index
sententiam dicens viam eligat tutorem, et si negotii natura
permittat, potius huic qui fieri potest, quam illi qui aliter
se exprimit, iuramenti praestationem iniungat. d) Quando-
autem nihilosecius, re non aliter permittente, sententia
in mutum, quod debeat iurare, fuerit lata, operae pretium
est, ut iudex, in cuius iudicio iuramentum praestandum,
caute ueretur, muti iuraturi circumstantias bene examinet;
quendam, qui mutos intelligit, si fieri possit, adhibeat, uim
iuramenti eiusque naturam et rem ipsam, de qua iurandum
est, huic sincere exponat, illumque fideliter de periuirio ui-
tando admoneat. Istud proficuum est atque consentane-
um, non quod existimem mutum ueritatem contaminaturum
quodam mendacio, sed ut iudex suo satisfaciat officio,
praescriptum legis seruet, habeatque hoc facto conscientiam
tranquillam atque quietam.

Equidem inficias non eo, posse complures euenire ca-
sus, in quibus illa, quae dicta sunt, insignem praestent uti-
litas.

- a) Tiraquellas de Legibus Connubialibus et Iure maritali Glossa VII.
in uerb. exprez. n. 18
- b) Couarruias Part. 1. in Rubr. de Paetis n. 5. scqq.
- c) Cynus Pistoriensis in Codic. Authent. Sacramenta Puberum, C. Si ad-
uers. uendit n. 6.
- d) Stayckius de Iure Sensus Dissert. IV. Cap. 4. n. 43.

litatem; quae etiam monstrari posset in mutorum attestatiō-
nibus. Enīm uero quia iam supra commemorauī, non ar-
ceri murum a testimonio, praeterea haec quaestio amplio-
rem postulat indagationem, et alia adhuc, quae reliqua sunt,
pertractanda uenient, filum abrumpo.

*Quod ad ipsum iurandi actum attinet, cum iuramen-
ta corporaliter, ut ita loquar, per solennem digitorum ere-
ctionem aut positionem praestari uideamus, a) utique ne-
cessē est, ut hoc etiam in muto iurante non negligatur.
Interdum tamen in muti animam iurari F INCKELTHA VS
vs b) scribit. Hic de muto quodam criminis furti accusa-
to, tandemque de eo contuicto, refert, quod fuerit ad poenam
fustigationis et perpetuae relegationis sustinendam damna-
tus, et cum ante poenae executionem inquisito incumbat
dare Vrphedam, ipse index huic suae inferuerit sententiae,
ut carnifex in delinquentis muti animam iuret, et inquisi-
tus de obligatione iuramenti in animam praestiti, eiusque
violati animaduersione certior reddatur. Verba c) autem
memoratae sententiae illa sunt: *Vnd weiln der gewöhnliche
Vrbried von ihm, den Stummen nicht geleistet werden kann.
So wird ihm der Schärfriechter an die Seiten gestellet, welcher
die notul desselben Vrbriedens in seines, des Stummen
Seelen, zu schmerzen schuldig. Welches dann vorhero dem
Stummen, weil er Hören und Rede vernebnen kan, vermel-
det, und darbey diese ernstliche Erinnerung gethan wird, daß
also dann dafür gebalten werde, als man er den Eydfelschffen
würcklich geleistet hätte. Derowegen, woferne er hinfübro sich
in dem Stiffie Merseburg, oder auch im Churfürstenrumb
Sachsen berreffen lassen würde, wider ihn mir der Schärfje, so**

a) Stryckius Vnu Modern. Tit. de Iure iurando §. Cynus Piftoneſis in
Cod. Auth. Sacra menta Puherum C. Si adū. Vendit. n. 7.

b) Finckelthaus Obseru. Pract. Obseru. 45. n. 18. 20.

c) Finckelthaus d. l.

XVIII ETIAR DE MUTO SVRDO OTVM TE

dießfalls auf die Eydbrüchige geordnet, unmaßlichig verfabren werden solle. Latae huius sententiae rationem hanc esse conicio, mutum illum literarum fuisse expertem: Si enim has non ignarasset, existimarem, quod alio modo se iureiurando obstringere debauisset, cum in causa civili *Ordin. Proc. Sax. Vet. Tit. 18. s. fin.* in persona, ut uocant, iurare praecipiat, quo ad causam autem criminalem diuersum ab hoc non disponat.

Superefut ut de surdis iisque qui muti et surdi simul sunt uideamus. Ut autem surdum iurantem defendam, opus non est. Deficientibus enim dubitandi causis arbitror, surdum qui talis natus non est, posse iurare, modo hic literarum prorsus ignarus non sit, et uel scribere uel ea quae concepta sunt legere queat. Hanc facultatem merito in surdo desidero, ut hic saltim per literas, cum uerba ore prolatâ non intelligat, de uero iuramentorum horum natura, et re, de qua illud praestandum est, institui, deque uitando peritiori admoneri, et tandem, formulam iuramentorum animo iurandi ad uerbum perlegendo, iurare queat. Idem quoque de muto simul surdo iudico, quod in his, qui tales post natuitatem facti, nec literarum expertes sunt, pari, quod supra surdis tradidi, iure utamur. Sed de surdis, et mutis simul surdis natura talibus eadem non assero. Tantum enim abest, ut hos ad iuramenta admittam, quin potius simpliciter repellam. Difficile enim est iudicatu, num illi, quid sint iuramenta, intelligent. Enimuero quia id etiam interdum contingit, ut surdi et muti simul surdi sic non natu rato laborare incipient, et ea de causa his, qui tales natura sunt, similes uideantur, ita omnino necesse est, ut iudex etiam in illis omnes, quae occurunt, circumstantias bene consideret, quid iudicio ualeant accurate obseruet, et omni quo licet modo caueat, ne ille ad iuramentorum praestationem inconsiderate accedat, qui iure sit prohibendus.

J. J. am 10. Oct. 1742
Haec

ET MVTO SIMVL SVRDO IVRANTE. XIX

Haec igitur fuerunt, quae in praesentiarum expositione digna iudicauit. Tu uero L. E. ut ea, quae a me dicta sunt, serena fronte aspicias, ex animi sententia rogo. Et cum lectiones meas finitis nundinarum feriis inchoare constituerim, hoc in uotis habeo, ut huic instituto Vos Generosissimi ac Praenobilissimi Domini Commitiones, beneuole fauere, frequentesque his lectionibus interesse uelitis. Ego, quod mearum partium esse duco, operam dabo, quo intelligatis, omne quicquid in me est uirium uobis uestrisque studiis esse consecratum. Dab. Vitembergae d. XII. Octobr. A. C. M. CCCC XXXVIII.



Wittenberg, Diss. 1738





LXXI.

1738 19a 92
24
J.S. MENCKEN

S LUDOVICVS MENCKEN
I. V. D
DE
TO, SVRDO
ET
SIMVL SVRDO
IVRANTE

DISSESTIT
OS, QVI STVDIORVM CAVSA
CADEMIA VERSANTVR
AD

TIONES SVAS

PEDIEM INCHOANDAS

V MANISSIME INVITAT

VITEMBERGAE

M GOTTLOB EICHSFELDIVM
DEMIAE TYPOGRAPHI.